Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31265
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



·lv·

sum laborem. Dei enim sumus adiutores dei agricultura estis
dei edificatio estis. Lcō. ii. Secundum gratiam dei
que data est mihi ut sapiens architectus fundamentum posui
alius autem superedificat. Unusquisque autem videat quomodo
superedificet. Fundamentum enim aliud nemo potest ponere prae-
ter id quod positum est qui est xpus ihc. Lectio tertia.
Si quis autem super edificat super fundamentum hoc aurum
et argentum. lapides pciosos. lignum. stipulam
fenum. Unusquisque opus manifestum erit. Dies enim domini
declarabit. quia in igne revelabitur. et unicuiusque opus qualis sit
ignis probabit. Si cuius opus manserit quod super edificavit merce-
dem accipiet. Si cuius opus arserit detrimentum patietur. Ipse au-
tem salvus erit sic tamen quasi per ignem. Fer tertia Lcō prima.
Nescitis fratres quia templum dei estis. et spiritus dei habitat
in vobis. Si quis autem templum dei violaverit
disperdet illum deus. Templum enim dei sanctum est quod estis vos
Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse
in hoc seculo stultus fiat ut sit sapiens. Lcō secunda.
Sapientia huius mundi stultitia apud deum. Scriptum est
enim. Comprehendam sapientes in astutia eorum
Et iterum. Dominus novit cogitationes sapientium quoniam vanae sunt
Ita quoque nemo gloriatur in hominibus. Omnia enim vestra sunt.
sive paulus. sive apollo. sive cephas sive mundus sive vita
sive mors sive presentia sive futura. Omnia enim vestra
vos autem xpi xpi autem dei. Lectio tertia.
Sic nos existimet homo ut ministros xpi et dispen-
satores mysteriorum dei. Hic iam quaritur inter dis-
pensatores ut fidelis quis inveniatur. Mihi autem pmi-
nimum est ut a vobis iudicer aut a humano die Et neque me